Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



crescere et postmodum plantantur et dimittuntur usque ad tri
ennium et postmodum carpunt eos cum radicibus et sunt mul
tum utiles species ad multa Et ego marcus polo auctor
huius libelli fui in isto regno et portavi venetias
de isto semine et feci seminare sed nequivit nasci propter
frigus terre cum velit habere terram calidissimam sicut
illa in qua nascitur quia est calida que est tantum ad meri
diem quod stella transmontana sive articus numquam apparet
Gentes huius provincie sunt ydolatre Sunt ibi ho
mines habentes longum collum ymo senuisse et facies
omnino caninas Isti non habitant in civitatibus sed in montibus
et sunt crudelissimi viventes more bestiarum
Sextum regnum huius insule vocatur fansur Ibi nascitur
melior camphora de mundo que venditur ad pon
dus tantundem auri Caret tamen frumento et vino vitis
Sed habet vinum de arboribus palmarum vel eis similibus
et est valde bonum habent etiam arbores multum magnas
et grossas quarum cortex est satis subtilis Sub cor
tice autem sive inter corticem et lignum sine arbore
est farina que est similis per omnia farine frumenti
Est autem valde bona ad faciendum crustas pro tritis Et
ego marcus polo comede de ista farina que est
valde bona ad comedendum Dixi nam de sex
regnis que vidi in predicta insula de aliis duobus